

talem plagam Altaris ; et cum eis Sacerdotes centum viginti canentes tubis.

13 Igitur cunctis pariter et tubis et voce et cymbalis et organis et diversi generis musicorum concinentibus , et vocem in sublime tollentibus , longe sonitus audiebatur ; ita ut cum Dominum laudare coepissent et dicere : Confitemini Domino quoniam bonus , quoniam in aeternum misericordia eius ; impleretur domus Dei nube ,

14 Nec possent Sacerdotes stare et ministrare propter caliginem. Compleverat enim gloria Domini domum Dei.

pie a la parte oriental del Altar ; y con ellos ciento y veinte Sacerdotes que sonaban las trompetas.

13 Así pues formando todos un concierto con trompetas y voces y cymbalos y órganos e instrumentos músicos de varios géneros , y alzando en alto la voz , se oía de léjos el estruendo ; y quando dieron principio a cantar y decir : Bendecid al Señor porque es bueno , porque su misericordia es para siempre ; se hinchó la casa de Dios de una nube ,

14 Y no podian los Sacerdotes estar ni ministrar por la obscuridad. Pues la gloria del Señor habia henchido la casa de Dios.

## CAPITULO VI.

*Bendice Salomón al Pueblo de Israel , dando gracias a Dios por el cumplimiento de la promesa que habia hecho a David ; y pide públicamente al Señor , que se digne oír los votos de los que oran en aquel Templo.*

1 Tunc Salomon ait : Dominus pollicitus est ut habitaret in caligine :

2 Ego autem aedificavi domum nomini eius , ut habitaret ibi in perpetuum.

3 Et convertit Rex faciem suam , et benedixit universae multitudini Israel , nam omnis turba stabat intenta , et ait :

1 Entonces Salomón dixo : El Señor prometió que habitaria en obscuridad :

2 Y yo he edificado una casa a su nombre , para que morase allí perpétuamente.

3 Y el Rey se volvió de cara , y bendixo a toda la multitud de Israel , porque toda la multitud estaba en pie atenta , y dixo :

<sup>1</sup> En una nube. Esto se ha de juntar con el fin del Capítulo precedente. *Levit. XVI. 2.* La voluntad del Señor ha sido siempre el dar a los hombres algun

<sup>4</sup> *III. Regum VIII. 12.*

symbolo de su presencia ; lo que ha cumplido en todos tiempos. Pero al mismo paso nos dexa baxo cierta obscuridad para exercitar de este modo nuestra fe.

## CAPITULO VI.

4 Benedictus Dominus Deus Israel , qui quod locutus est David patri meo , opere complevit , dicens :

5 A die qua eduxi Populum meum de terra Aegypti , non elegi Civitatem de cunctis Tribubus Israel ut aedificaretur in ea domus nomini meo : neque elegi quemquam alium virum ut esset Dux in Populo meo Israel ;

6 Sed elegi Ierusalem ut sit nomen meum in ea ; et elegi David ut constituerem eum super Populum meum Israel.

7 Cumque fuisset voluntatis David patris mei ut aedificaret domum nomini Domini Dei Israel ,

8 Dixit Dominus ad eum : Quia haec fuit voluntas tua , ut aedificares domum nomini meo , bene quidem fecisti huiusmodi habere voluntatem :

9 Sed non tu aedificabis domum , verum filius tuus qui egredietur de lumbis tuis , ipse aedificabit domum nomini meo.

10 Complevit ergo Dominus sermonem suum quem locutus fuerat : et ego surrexi pro David patre meo , et sedi super thronum Israel , sicut locutus est Dominus : et aedificavi domum nomini Domini Dei Israel.

11 Et posui in ea Arcam , in qua est pactum Domini

4 Bendito sea el Señor Dios de Israel , que ha cumplido lo que prometió a David mi padre , diciendo :

5 Desde el día en que saqué a mi Pueblo de la tierra de Egipto , no escogí una Ciudad entre todas las Tribus de Israel para que se edificase en ella una casa a mi nombre : ni escogí a ningun otro hombre para que fuese Caudillo de mi Pueblo de Israel ;

6 Mas escogí a Jerusalem para que mi nombre estuviese en ella ; y escogí a David para establecerle sobre mi Pueblo de Israel.

7 Y habiendo mi padre David tenido el propósito de edificar una casa al nombre del Señor Dios de Israel ,

8 El Señor le dixo : Porque tuviste voluntad de edificar una casa a mi nombre , has hecho por cierto bien en formar este designio :

9 Mas no edificarás tú la casa , sino tu hijo que saldrá de tus entrañas , él edificará la casa a mi nombre.

10 El Señor pues ha cumplido su palabra que habia dicho : y yo he entrado en lugar de David mi padre , y me he sentado sobre el throno de Israel , así como lo dixo el Señor : y he edificado una casa al nombre del Señor Dios de Israel.

11 Y he puesto en ella el Arca , en la que está la alianza del

<sup>1</sup> A ninguno habia dado hasta aquel tiempo la posesion del Reyno de una manera estable , de modo que lo debiesen heredar sus hijos y descendientes. *Tem. IV.*

<sup>2</sup> Fuese honrado el Señor en ella. <sup>3</sup> Yo he sucedido en el throno de David mi padre.

<sup>4</sup> Las dos tablas de la Ley. *Sup. v. 1. 2.*

quod pepigit cum filiis Israel.

12 Stetit ergo coram Altari Domini ex adverso universae multitudinis Israel, et extendit manus suas.

13 Siquidem fecerat Salomon basim aeneam, et posuerat eam in medio basilicae, habentem quinque cubitos longitudinis, et quinque cubitos latitudinis, et tres cubitos altitudinis: stetitque super eam: et deinceps flexis genibus contra universam multitudinem Israel, et palmis in Caelum levatis,

14 Ait: Domine Deus Israel, non est similis tui Deus in Caelo et in terra: qui custodis pactum et misericordiam cum servis tuis qui ambulant coram te in toto corde suo:

15 Qui praestitisti servo tuo David patri meo quaecumque locutus fueras ei: et quae ore promiseras opere complesti, sicut et praesens tempus probat.

16 Nunc ergo, Domine Deus Israel, imple servo patri meo David quaecumque locutus es, dicens: Non deficiet ex te vir coram me qui sedeat super thronum Israel: ita tamen si custodierint filii tui vias suas, et ambulaverint in Lege mea, sicut et tu ambulasti coram me.

<sup>1</sup> El de los holocaustos, que estaba en el atrio de los Sacerdotes.

<sup>2</sup> Era como una especie de solio redondo, puesto sobre una basa quadrada a modo de estrado enfrente de la puerta

a. II. Machab. II. 8.

Señor que concertó con los hijos de Israel.

12 Se puso pues en pie delante del Altar del Señor<sup>1</sup> enfrente de toda la multitud de Israel, y extendió sus manos.

13 Porque Salomón habia hecho una tribuna de bronce<sup>2</sup>, y la habia colocado en medio del atrio, la qual tenia cinco codos de largo, y cinco codos de ancho, y tres codos de alto: y púsose en pie sobre ella: y doblando despues las rodillas de cara a toda la multitud de Israel, y alzadas al Cielo las manos,

14 Dixo: Señor Dios de Israel, no hay Dios semejante a tí ni en el Cielo ni en la tierra: que guardas la alianza y usas de misericordia con tus siervos que andan delante de tí de todo su corazon:

15 Que has cumplido a tu siervo David mi padre todas las palabras que le has dado; y puesto por obra lo que de boca le habias dicho, como el tiempo presente lo demuestra.

16 Ahora pues, Señor Dios de Israel, cumple a tu siervo David mi padre todo lo que prometiste, diciendo: No faltará de tí varón delante de mí que se siente sobre el throno de Israel: mas con condicion de que tus hijos guarden<sup>3</sup> sus caminos, y anden en mi Ley, así como tú has andado delante de mí.

del atrio de los Sacerdotes, en la parte mas alta, y en medio del atrio mayor del Templo, que el texto llama *Basilica*.

<sup>3</sup> Se conserven firmes en guardar los preceptos que se contienen en mi Ley.

17 Et nunc, Domine Deus Israel, firmetur sermo tuus quem locutus es servo tuo David.

18 ¿Ergone credibile est ut habitet Deus cum hominibus super terram? ¿Si Caelum, et Caeli Caelorum non te capiunt, quanto magis domus ista quam aedificavi?

19 Sed ad hoc tantum facta est, ut respicias orationem servi tui et obsecrationem eius, Domine Deus meus: et audias preces quas fundit famulus tuus coram te:

20 Ut aperias oculos tuos super domum istam diebus ac noctibus, super locum in quo pollicitus es ut invocaretur nomen tuum,

21 Et exaudires orationem quam servus tuus orat in eo: et exaudias preces famuli tui et Populi tui Israel. Quicumque oraverit in loco isto exaudi de habitaculo tuo, id est, de Caelis, et propitiare.

22 Si peccaverit quispiam in proximum suum, et iurare contra eum paratus venerit, seque maledicto constrinxerit coram Altari in domo ista:

23 Tu audies de Caelo, et facies iudicium servorum tuorum, ita ut reddas iniquo viam suam in caput proprium, et ulciscaris iustum retribuens ei secundum iustitiam suam.

24 Si superatus fuerit Popu-

17 Y ahora, Señor Dios de Israel, confirmese<sup>1</sup> tu palabra que diste a tu siervo David.

18 ¿Es pues creible que mora Dios con los hombres sobre la tierra? ¿Si el Cielo, y los Cielos de los Cielos<sup>2</sup> no te comprehenden, cuánto ménos esta casa que yo he edificado?

19 Mas para esto solo ha sido hecha, para que tú, Señor Dios mio, vuelvas los ojos a la oracion de tu siervo y a sus súplicas<sup>3</sup>: y oigas los ruegos que derrama tu siervo en tu presencia:

20 Para que tengas abiertos los ojos sobre esta casa los dias y las noches, sobre el lugar en el que has prometido que seria invocado tu nombre,

21 Y que oirias la oracion que te hace en él tu siervo: y que escucharias los ruegos de tu siervo y de tu Pueblo de Israel. A todo aquel que orare en este lugar escuchale desde tu morada, esto es, desde los Cielos, y seásle propicio.

22 Si alguno pecare contra su próximo, y viniere con ánimo de jurar contra él, y se obligare con maldicion<sup>4</sup> delante del Altar en esta casa:

23 Tú escucharás desde el Cielo, y harás justicia a tus siervos, de manera que hagas caer sobre la cabeza misma del iniquo su injusticia, y vengues al justo remunerándole segun su justicia.

24 Si tu Pueblo de Israel

<sup>2</sup> El texto Hebréo conforme al 7. 28. del Cap. VIII. del Lib. III. de los Reyes.

<sup>4</sup> Con juramento, que atendidas sus circunstancias se llama exécratorio.

<sup>1</sup> Haz que se vea la verdad y el cumplimiento de la palabra.

<sup>2</sup> El mas alto de todos los Cielos, el Empyreo donde muestras tu magestad.

lus tuus Israël ab inimicis, peccabunt enim tibi, et conversi egerint poenitentiam, et obsecraverint nomen tuum, et fuerint deprecati in loco isto,

25 Tu exaudies de Caelo, et propitiare peccato Populi tui Israël, et reduc eos in terram quam dedisti eis et patribus eorum.

26 Si clauso Caelo pluvia non fluxerit propter peccata Populi, et deprecati te fuerint in loco isto, et confessi nomini tuo, et conversi a peccatis suis cum eos afflixeris,

27 Exaudi de Caelo, Domine, et dimitte peccata servis tuis et Populi tui Israël, et doce eos viam bonam per quam ingrediantur, et da pluviam terrae quam dedisti Populo tuo ad possidendum.

28 Fames<sup>a</sup> si orta fuerit in terra et pestilentia, aerugo et aurugo, et locusta et bruchus; et hostes, vastatis regionibus, portas obsederint Civitatis, omnisque plaga et infirmitas presserit:

29 Si quis de Populo tuo Israël fuerit deprecatus, cognoscens plagam et infirmitatem suam, et expanderit manus suas in domo hac;

30 Tu exaudies de Caelo, de

fuere vencido por los enemigos, pues pecarán contra tí, y convertidos hicieren penitencia, e invocaren tu nombre, y oraren en este lugar,

25 Tú los oirás desde el Cielo, y perdonarás a tu Pueblo de Israel su pecado, y los volverás a la tierra que les diste a ellos y a sus padres.

26 Si cerrado el Cielo no cayere lluvia por los pecados del Pueblo, y te rogaren en este lugar, y dando gloria a tu nombre, se convirtieren ellos de sus pecados quando los has afligido,

27 Oyelos, Señor, desde el Cielo, y perdona los pecados de tus siervos y de tu Pueblo de Israel, y muéstrales el buen camino por donde se han de conducir, y da la lluvia a la tierra que le diste a tu Pueblo en posesion.

28 Si viniere hambre a la tierra o peste, niebla o infeccion de ayre, o langosta u oruga<sup>1</sup>; o los enemigos despues de haber talado el país, tuvieren sitiadas las puertas de la Ciudad, o los apremiare qualquier plaga o enfermedad:

29 Si alguno de tu Pueblo de Israel considerando su plaga y enfermedad, te rogare, y alzare a tí sus manos en esta casa;

30 Le oirás tú desde el Cielo,

<sup>1</sup> MS. 8. *Moscardos*. La misma voz Hebréa שִׁדְדָפֹן *schiddaphón* que tenemos aquí, se lee en el III. de los Reyes VIII. 37. donde se traslada *aërem corruptum*, significa los solanos que abrasan las mieses, y las secan antes de llegar a sazón. La voz *aurugo* יִרְקָה *ierakon*,

que se interpreta tambien *ῥυτίπος*, *rubi-go*, es la enfermedad que padecen las mieses, quando habiendo precedido los ayres solanos, toman estas regularmente un color pálido o de paja, y aun de oro. En los hombres es la enfermedad a la qual se da el nombre de *ictericia*, *morbus regius*.

<sup>a</sup> *Infr. xx. 9.*

sublimi scilicet habitaculo tuo, et propitiare, et redde unicuique secundum vias suas quas nosti eum habere in corde suo: tu enim solus nosti corda filiorum hominum:

31 Ut timeant te, et ambulent in viis tuis cunctis diebus quibus vivunt super faciem terrae quam dedisti patribus nostris.

32 Externum quoque qui non est de Populo tuo Israël, si venerit de terra longinqua propter nomen tuum magnum, et propter manum tuam robustam, et brachium tuum extentum, et adoraverit in loco isto;

33 Tu exaudies de Caelo firmissimo habitaculo tuo, et facies cuncta pro quibus invocaverit te ille peregrinus: ut sciant omnes Populi terrae nomen tuum, et timeant te sicut Populus tuus Israël: et cognoscant quia nomen tuum invocatum est super domum hanc quam aedificavi.

34 Si egressus fuerit Populus tuus ad bellum contra adversarios suos per viam in qua miseris eos, adorabunt te contra viam, in qua Civitas haec est quam elegisti, et domus quam aedificavi nomini tuo;

35 Tu exaudies de Caelo preces eorum et obsecrationem, et ulciscaris.

36 Si autem peccaverint tibi, neque enim est homo qui non peccet, et iratus fueris eis, et tradideris hostibus, et captivos duxerint eos in terram longinquam, vel certe quae iuxta est,

37 Et conversi in corde suo in terra ad quam captivi

lo, esto es, desde tu alta morada, y le serás propicio, y dale a cada uno segun sus caminos que sabes que tiene en su corazon: porque tú solo conoces los corazones de los hijos de los hombres:

31 Para que te teman, y anden en tus caminos todos los dias que viven sobre la haz de la tierra que diste a nuestros padres.

32 Asimismo si viniere de tierra distante un extrangero que no es de tu Pueblo de Israel, atraido de la grandeza de tu nombre, y de la fuerza de tu mano, y del poder de tu brazo, y te adorare en este lugar;

33 Tú le oirás desde el Cielo firmísima morada tuya, y harás todo aquello por lo que te invocare aquel extrangero; para que conozcan tu nombre todos los Pueblos de la tierra, y te teman así como tu Pueblo de Israel: y sepan que tu nombre ha sido invocado sobre esta casa que he edificado.

34 Si saliere tu Pueblo a campaña contra sus enemigos por el camino que tú los enviases, y te adoraren vueltos hácia esta parte, en que está esta Ciudad que tú escogiste, y la casa que he edificado a tu nombre;

35 Tú oirás desde el Cielo sus plegarias y sus ruegos, y los vengarás.

36 Mas si pecaren contra tí, pues no hay hombre que no peque, y te airares contra ellos, y los entregares a sus enemigos, y los llevaren cautivos a tierra que estuviere léjos, o a otra mas cerca,

37 Y convertidos en su corazon en la tierra a donde fueron